



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè
Obeundum**

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

De cessatione à diuinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

nec prohibentur interdicti adorare hostiam, nisi cum diuina officia actualiter celebrantur.

De cessatione à Diuinis.

Cessatio à diuinis ob quã causam ad- datur.

Cessatio à diuinis quãd

Cessatio à diuinis aut generalis aut particularis.

Nota.

Aliquando cum obedientia non est præstita excommunicationi, nec interdicto, addi solet cessatio à diuinis, quæ prohibet celebrationem diuinorum officiorum, & administrationem sacramentorum, etiam ianuis clausis. Tunc autem literæ Apostolicæ bene considerandæ sunt, & secundum eas iudicandum: quia ligant quantum Pontifex expressit, & non amplius. Est ergo cessatio à diuinis, qua desistitur ab officijs & ministerio sacramentorum: & diuiditur in generalem, quæ imponitur loco vniuersali, vt ciuitati, & in particularem, quæ imponitur loco particulari, vt Ecclesiæ. Non est autem censura, quemadmodum erat interdictum; & qui violat cessationem à diuinis, etiam particularis, non est propterea irregularis, vt qui violat interdictum. Et qui priuilegium habet audiendi diuina officia tempore interdicti, non ei suffragabitur, vt tempore cessationis à diuinis, audire possit: nec qui priuilegium habet audiendi tempore cessationis generalis, continuò audire poterit tempore

tempore cessatio-
de cessatione

Irregularitas
tum canonice
qua qui, ad
moueri, & j
strare prohib
quàm suspens
inhabilitatem

Tribus modis
ex delicto, ex
ctu sacramen
ritur, nisi secu
sus qui expres

Sunt autem
homicidium
ceptos, vel sa
excommunicatio
ordines sacro
nones, cum al
suetudo. Qu
ptismi. Qui
Sextus per in
quæ tollit ex
ercitium cui
norem quæ f
mus, per ord

tempore cessationis particularis: Et hæc
de cessatione attingit sit satis.

De Irregularitate.

Irregularitas, est nota seu impedimen- *Irregu-*
tum canonicum, de facto proueniens, *laritas*
qua qui, ad Ecclesiasticos ordines pro- *quid sit.*
moueri, & jam promotus in eis mini-
strare prohibetur. Vnde lazius patet,
quàm suspensio, quæ tantum importat
inhabilitatem ad executionem.

Tribus modis in genere contrahitur. *Irregu-*
ex delicto, ex defectu corporis, ex defe- *laritas*
ctu sacramenti; nunquam tamen incur- *triplici-*
ritur, nisi secundum illos modos, vel ca- *ter con-*
sus qui expressi sunt in iure. *trahi-*

Sunt autem multi casus. Primus, per *tur.*
homicidium. Secundus, per ordines sus- *Casus ir-*
ceptos, vel sacros exercitatos in maiori *reg. in*
excommunicatione. Tertius, per plures *iure ex-*
ordines sacros vno die receptos, vel mi- *presti.*
nores, cum aliquo sacro, nisi excuset cõ-
suetudo. Quartus, per reiterationem Ba-
ptismi. Quintus per Apostasiam à fide.
Sextus per infamiam secundum quosdã,
quæ tollit executionem ordinum, & ex-
ercitium cuiuscunque dignitatis, & ho-
norem quæsitum & quarendum. Septi-
mus, per ordinationem ab Episcopo no-
mina-